

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Conradi Samvelis Schvrzfleischii Opera historica politica**

**Schurzfleisch, Konrad Samuel**

**Berolini, 1599 [i.e. 1699]**

XLIV. Vvittekindus Magnus

**urn:nbn:de:bsz:31-102564**

*XLIII. DE IVSTINIANO ORTHODOXO.*

*d. I.* Qvas criminaciones confutare supersedeo, et insignem Cabas-  
suti*āvīgōnīas* profecto miror, et ad Patres Sorbonicos delego, qui  
cautius cordatusve in hoc argumēto versantur. V. Edm. Richerius  
*bīst. concil. cap. IX. n. 11. 12.* Neqve hōs scopulos evitavit maximus  
*Antiquarius Dion. Petavius* in Rationario temporum *lib. VII. cap. 5.*  
Nihil addo de *Arnoldo Corvino*, qui Iustinianum in religione since-  
rum et rectum, nec non Romanis Pontificibus addictum deditum  
que tradit et iactat, qvorum alterum placitis concessisqve Patrum Ro-  
manorum adversatur, alterum falso confictumque est, idqve nuper  
etiam doctissimus apud Salam Theologus, Io. Gvilielmus Baierus,  
gnaviter et recte demonstravit in dissertatione singulari de falso ia-  
ctata dignitate et potestate Romanorum Pontificum tempore Iustini-  
ni magni Imperatoris. Nam qui volebat enixe et sanciebat, ut Ro-  
mae veteris et novae Antistites pari et aequo iure essent, et privile-  
gia quoqve eadem haberent, is noluit profiteri animum dignitati  
Pontificiae obnoxium et indulgentem, qvin potius ab eo instituto  
alienum testatus est, et quantum in ipso fuit, ambitioni Pontificum  
repugnans omnino prohibere voluit, qvo minus Romae sat er do-  
minatus fundaretur et ministraretur. Hinc Theodorus Balsanom de  
Constantinopoli affirmat. Εχε τὰ περιόματα τῆς αἰχθαῖς λέπις.  
in collect. Constit. eccles. tit. II. lib. I. et ibidem eruditissi-  
mus Iure consultus Carolus Annibal  
Fabrotius.

---

*XLIV. VVITTEKINDVS  
MAGNVS.*

Magnum

**M**Agnum semper VVittekindi nomen, ac non modo apud suos, sed etiam apud hostes gloriosum fuit. Fortitudo ingens, et admirabilis exemplo, iamdudum habuit pretium defensae libertatis. Fortuna qvandoqve diversa apparuit, et dispar instituto exitus.

§. II. Is gentis sua Dux, animo, imaginibus inclutus, et virtute militari quasi telo nixus ad tuendam Rempublicam Saxonum accesit. De indole nomen, (a) de animi dotibus egregia consulta, de prudentia res gestae testantur.

(a) Plures VVittekindi ante VVittekindum nostrum memorantur. Noster cognomento Magni a ceteris discernitur. Illos exhibet P. Albinus in libro amplissimae progeniei VVittekindorum, cui titulum Stambuchi praescripsit. Memin:rim vero hic, caute legendos esse novitos Scriptores. In aliis credulitas notanda, in aliis maior diligentia optanda. De VVittekindo Svalenburgio nil afferro. Dasenburgius ille quoque hic alienus est. De hoc vid. Helm. l. 2. cap. 7. Alius enim a nostro fuit. De quo prodidit quaedam Arnold. Lubecens. l. 2. cap. 27. Nec huius disquisitionis est VVedekindus Stumpenus, quem adfert Abb. Stad. A. 1167. Sed venio ad nomen. Hoc reverem unum, scriptio diversa. In M. Chron. Belg. scribitur VVimthichindus. Apud auctorem vitae Kar. M. VVidochindus. in A. Franc: ad ann. 778. VVidichindus: A. 785. VVittikind. Aliis VVittichindus: aliis VVedekint: Nonnullis VVittokint: multis VVidikind. Adoni Viennensi in Chronic. Vuitchingis et Vuitigingis: Adamo Bremens. H.E. l. 1. cap. 9. VViduchind. Autor scriptoris, quae ad oram extat, VViduerad expressit. Apud Marian. Scot. Cbr. lib. 3. art. 6. ad ann. 778. Vindibindus. Haud dubie errore qvodam. Ego procul odio atqve adulacione tradam. Origo nominis, et eius quidem nominis, quod olim ad ciendos Saxonum animos efficacissimum fuit, significanter iuxta et praeclare indicat sapientiae filium. Teutonicum verus esset Witte-Kind/ vel Wittheit-Kind. Huc pertinent veterum commentationes ad vocabulum VVitta. De quo multa reperias apud intelligentes Teutonicae antiquitatis. Tantum hic moneo reperiri, qui commutatum VVittekindi nomen putent a Praefule illo, ut credunt, qui fonte sacro abluit, impositum. In his familiam dicit Sifridus Petrus. Sed ne unus Scriptor stat pro Sifrido. Desistunt hominem monumenta, monumentorum sudes.

§. III. Patria Saxo, (b) ditione Angrivarius, (c) origine paterna VVernekinides, (d) Princeps inter Saxoniae Principes, (e) nominis indicio prudens, omni bellator, consiliis, exemplo maximus.

(b) Multae de hoc nomine lites. Ex solido decidit Reineccius. Post Reineccium alii. Multi etiam ante eum. Vetus sane Saxonum verbum. Saten/ vel Sassen. Hoc indigenarum, hoc Aboriginum notione signandum. Argumento vox Holtatorum. Idem est Holtzaten/ quod Holtgesessene. Sed vero extant, qui ducunt a Cattis. Mirum vero

Aaaa

verop

vero, cur à Cattis. Nam quantum Carti ab Hassis, tantundem Catti a Saxonibus differt. Qui Danorum Nordmannorumque fuisse posteros tradunt, fortasse ludum. Explodendi, nisi ludant. Qui a cultello Sabs, aut telo seaxes, dictos putant, lepidi magi sunt, quam serii. Inter hos Georg. Hornius et Iohannes Troster Transylvanus extant. Ante hos VVittekindus Corbeiensis, Annal. lib. I. Abb. Stad. ad A. 917. Nibilo accurioses, qui a saxe, aut saxea natura derivant, ut Chr. Isennacense, et quodquod hoc sequuntur. Nolim enim committere, ut decus nostrae genti concilietur in epo nominum bus. Gloriam ex se habet. Ab ascitis nominibus non quaerit; non mutuatur. Quin inter inania habet hanc curam, quae prodiga melioris curae est.

(c) *Vetus ditio: neque angusta, et valida viris. Incolae Angarii. Angriarū alii: quibusdam Angrii. In chronicis plenisque Angiri. Recentioribus Engenii. Nomen planitiem campi designat. Hic vicus Engern, ubi sedes, tumulus, insignia quondam VVittekindi. Hodie nil praeter rudera reliquum. Celebrem ab eo titulum haesit autem Nostro. Formula hacc est. Comes Angriac et Dynasta (Dominus) Iburgi. Formula tradit, Cyr. Spangenberg in Chron. Sax. Nec non Elias Reusnerus in Genealog. VVittekind. p. 12. praterquam quod hic addit titulum Rugiac Principis. At non reperio, quid Saxonibus cum Slavis, Angris item Westphaliisque cum Rugis commune fuerit. Quodnam Andreas Angelus non dubitat in Chron. Holst. p. 11. confirmare de Holstatis, est VVittekindi maioribus posterisque subditos fuisse. De Iburgi origine tradit quadam Siffridus Petrus. Sedes ibi ad nos usque tempora Praefulsi Osnabrugensis. Arx Engeniana hodie non colitur. Saltem vestigia supersunt. Acqui vero hic difficiendum, an forma dictoris sit ex usu veteris acvi? An quadret ad antiquissimum Saxoniae statum? De quo video alibi, et ita video, ut nil VVittekindo, nil VVittekindorum existimatio, miribus, gloriae detrabatur. Hic insinus Patriae amor fuit hactenus, erit in posterum. De Castro Wirtkindsburg ad ripam Visurgis sito vid. Chron. vetera, et Spangenh. ad an. 785. Nec poenitendae hic operae fuerit evolvere, quicquid non ita pridem insigni opera annotatum in Monumentis Paderbornensibus est. Caeterum de figura insignis Gentilium, quod sumptum ab Angriariis est, vid. P. Albinus Etamb. Utrum illud VVittekindes et Nostri, qui ex Wittekindo per Digrimum descendunt, Wethino-Misnici unquam usurpaverint, ingentia materia disceptationis est: vid. Albinus t. v. p. 294. et 463. Speculator interest ret, non omittendum. Amplissimus ille Angriac Ducatus concessit in potestate Archi-Praefulsi Colonensis. Sed quo titulo? Novum hoc argumentum, coquensius Comes Mansfeldius gente perinde atque eruditione insignis, in Panegyrico Henrico Aucupi dicto p. 21. ab Seculo X. reperit, & Brunonem Ottonis I. Fratrem primum fuisse tradit, qui Angriac Westphaliaeque ducatum coniunxit cum Coloniense Praefulatu. Eadem accedere his partibus: quin pataverim, isthane coniunctionem de Lorbaringia, non Abgrine Ducatu intelligi oportere. Haec statque ipse huius sententiae autor, quem*

non multo post recitat aliam opinionem, ex ius summa est, quod Fridericus I. in ius acque dignitatem illius pro dimidia ducatus parec inauguavit Philippum Comitem de Heynsberg, Chronica Colonensis vocant Philippum de Castro Hemesberus oriundam. Eo vid, Monach. Niss. Chron. p. 192. et Abb. Stadens. an. 1180. Conf. Crantz. Metrop. l. IV<sup>a</sup>, pag. 97.

(d) Cyr. Spangenb. Chron. Sax. an. 786. P. Albinus Etatm. Spen. Syllog. gen. hist. in famili. Wittekind. Qui alius Wernekin, multis Werneke, Chytraco Wernechin scriptus in Chron. Sax. cum latinae, cum vernaculae editionis. Addatur Iob. Tob. Weller. T. R. p. 157.

(e) Rectores Saxonum Primores olim dicebantur. Titulus huius nominis ex C. Vrffergense et Gobelino, Scriptoribus bonis, depromptus. Vrffergensem, ut solet, sequitur Abb. Stad. an. 777. Saepe Dynastae. Nec raro Satrapae: aliquando etiam potentes Regionis dici solitos, pro certo habeo. Quod ostendere est ex Beda, Niemio, Frudoardo, Rolevinto, Chron. Osnabrug. et Mindensi, quibus multuns tribuo in hac causa. Dietmarus Merseburgensis, qui regis elogio ornat, corrigendus ex annalibus Francicis et Wittekindo Corbeiæ Monacho est. Caeterum divisi Saxones erant. Pars adepti Ostphalorum sive Orientalium nomen; Pars Westphali sive Occidentales appellati. Alii Angrivarii memorantur. Saxones egressi trans mare hic non pertinent: regnum enim condiderunt, non rempublicam, quatenus a regno distinctam. Hinc ortum antiquitas Saxoniae transmarinae nomen, idque hoc loco alienum, quia Angliam denotat. Redeamus ergo ad nostros, qui non migrarunt in Britonum insulam, ac patriis adeo finibus se continuerunt. Tres Principes Gentis audiunt apud Monachum Corbeensem. Horum alii aliam Gentis partem moderati. Horum diversae sedes, diversa quoque Res publica fuit. Suum quoque ius imperandi pro se habuit. Nulla ab alia pendit. Sua singulis supremis potestis, suprema statuendi facultas. Quanquam alia rogare aliam subinde et asciscere in foedus poterat, imperare tamen nunquam poterat. Imperii administratio non dissimilis apparuit. Haec proceribus commissa. Eodem apud omnes instituto, eadem ferme iuris forma. Idem Procerum numerus apud Angrivarios, qui apud Ostphalos et Westphalos. vid. post Witichind. Beda, Crantzius, aliquie. Winckelmannus, nescio an sagaci conjectura, moris huius vestigia ex Tacito deducit: Notit. Saxo-Westphal. p. 200. Apud singulos eorum tres Principes viguerunt. Nec pauciores admissi, nec plures. Res certa de illis. De his eosque, donec ordinariis Reipubl. regendae momentis blandum eset. Bello lacesisti practer hos extraordinarium belli Praetorem designarunt. Hic forte electus, nec nisi tempore ingruentis publicae calamitatis. A populo, dubium, an Proceribus aequalibus. Hoc Meibomio in Vindictis Billingianis: Illud mihi videtur. Extra ordinem illud munus erat, et cessante belli causa quoque cessaturum. Vulgo Tetrarchas (quod Ciceronis, Salustii et Velleii ex Graecia mutuo sumptum vocabulum est) nominant. Hos quantum capio, vel scorsim numerant, vel summatim. Illo modo IVros, hoc XIIros signant. Sed id non perinde certum atque dictum. Dictum vero a multis.

Aaaa 2

Scri-

Scriptum a Cyriaco Spangeb. Chr. Sax. an. 772. G. Fabritio, auctore Mantissae ad Inst. Pacis, Georg. Christ. Stirni, aliis. In hanc rem allegant Chron. Anbaldinum, quod ha-  
denus non vidi. Plura tamen vidi, edita partim, partim non edita, in quibus nil tale re-  
peri. De coetero extraordinariis illius Duciis administratio paulo liberior, et ut in schola  
loquuntur, absolutior erat, quam eorum, qui ordinarium gerebant magistratum. Prae-  
mita tamen respectu temporis, ut auctor gravissimus est Wittekindus, et post hunc Crantz in  
Sax. l. 2. p. 45. et Henricus Bunting in Chr. Brunf. p. 27. Hos primores comparavit  
Albinus in aulae vet. Sax. cum Ephoribus Spartanorum. Cum illo facit Fabricius, qui se-  
re acqavait Tribunis Romanorum. Id vero non ausim in solidum probare. Causas di-  
cere malo, quam scribere. Qui eos cum Electoribus Imperii conferunt, digni sunt, cum  
quibus exposituletur. Sed hacten nemini non sunt obvia.

§. IV. Publice quoque egregius, nec minor privatus, eundem domi, quem  
militiae animum habuit. In praelio cautus, in castris promptus, sub pelli-  
bus nunquam timidus, nunquam otiosus. Patiens idem iuxtaque impiger,  
& quanto minus inter lauitias emutritus, tanto magis tolerans adverorum.  
Dignum Heroe Saxonico exemplum. Dignum, quod admirantur posteri,  
dignum, quod Saxones imitantur. Quid vero opus fadere? Me non fadente imitati sunt, (f) me non fadente imitabuntur.

(f) Dabo hic Fridericum strenuum, qui solus sustinuit nutantes res Sigismundi Im-  
peratoris. V. T. VII. H. Aug. p. 405. et monumenta Oschaziensia; Albertum Animo-  
sum, Principem Camillo excelsorem, cuius res praeclare condidit Michael Boemus, et  
versu scriptis Conradus Wimpina, ac praeter hunc Michael Barth Annaeberg. l. 2. p. 40. et  
41. Fridericum III cuius et industria, et consili foleriam approbarunt omnes, quum  
rationes repraesentaret concinnandae imperatoriae sanctionis, qua velut dominatus fratre  
no tenerentur iuveniles Caroli V. spiritus: ap. Sleidan, l. 1. Comm. ad A. 1519. p. 15. et 17.  
coll. Mauritium, qui unus Karolum V plus ultraz tendentem stitit in cursu victoriarum,  
stitit in via dominationis. Eumque vindicavit adversus criminationes Iohannes Fri-  
dericus Brandt, Cornelius Crullius, aliquique: Augustum, ingenii ac regendi artibus maxi-  
mum, cui Ferdinandus I idem quod Parenti debuit, quemque in fratri loco habere non  
pugnit Maximilianum II vid. Peccenstein in Wittik. prosp. in Aug. Iohannem Georgium  
I Caesari fidum, quoad fides et fortitudo aestimabantur: Dignumque, cui ille a septen-  
trione heros Gustavus Adolphus dextram fidei religionisque ad ultima tuendae testem  
iungeret, imo quem iure iratum non multo post demereretur iterum Caesar, ac filii ab  
Augusta stirpe editis Pragae repraesentares ut Patrem, ipse vero coleret denuo ut ami-  
cum, et appellaret suum.

§. V. Caeterum Wittekindus Dux et autor Saxonicae liberatis, vinci a-  
liqvando potuit, domari nunquam. Qvippe vehemens et proposito insu-  
per firmus, et tenacissimus aviti moris, fortunam, fortunae iactus omnes elu-  
sit. Nulla re magis irritatus, quam ob violata sacra sua gentis. (g)

(g) Egin-

(g) Eginhardus cap. 7. de vir. Carol. M. Vb. Emmius Histor. rer. Fris. Cyriacus Spangenb. An. 772. Chron. Thuring. et Merseburgense, a Merseburgo Westphaliae oppido appellatum. Inter exempla fanum Irmensulae, quo diruto, concitatus magis in hostem est. De eo vid. Regino Cbr. lib. 2. ad A. 772. Fanum id Eresburgi (aliter Merseburgi) positum, Reginoni Hermensaul appellatum. Addatur Lamb. Schafnaburg. ad ann. eund. Abb. Stadens. ib. Aut. vid. Kar. M. p. 237.

§. V. Pater ei Wernekinus, (h) Princeps minime factiosus, et retinens pacis. Frater Bruno, similimus Patri, idemque creditus Augustissimorum Stirps Ottonum. (i) VVernekinus ex fratre Adelhardo filius Albigo. (k) VVittekindo rebus secundis adversisqve socius, & heros ut vultu, ita fide semper idem. Neque tacuerim de Hermanno fratre Albigonis. (l) Vterqve ruentem propinqvi fortunam fulcire ausi. Nusquam ignavi, et nitentes pro salute nostri. Quidvis etiam passuri potius, quam intercidere dignitatem suae gentis. His factum rebus est, ut manu, armis, consilio experientur pro necessario, pro suis, pro se ipsis. Omnium maxime eluxit industria Albigonis. Hic VVittekindum defendit, VVittekindus illum. Vterqve utrique fidus. Velle idem: nolle idem: causa eadem, nec opera dissimilis.

(h) De familia videoas licet, ubi familiae originem teximus. Est tamen aliquid hic obseruatū dignum. Quod eo pertinet, ut sciamus, certissima eius capita sumi ab aeo Carolino. Ante hoc fuisse stirpem Wittekindi. Floruisse etiam. Sed defuisse, qui recenserent diligenter, qui scrierent accurate. Adeo dolendum, quaedam prae sumi, alia colligi, pauca scriri ante Karolingicam aetatem. Sed fatum illud antiquorum seculorum fuit, ut aut exteri scriberent de Saxonibus, aut hostes. Ibi invidia, hic insidia laudes gentis obscuratae. Illustrandae demum, si Saxones Saxonum res gestas tradissent. Sed alio loco recitandum de hoc argumento est. Hic delibasse aliquid sufficit.

(i) Autor sententiae Agricola. Hunc Fabricius, Fabricium ex novitiis multi sequuntur. Praeter illos in eandem adducti sunt opinionem Cyr. Spangenb. Georg. Spalatinus, Dav. Chytracius, Mart. Crufius, Christoph. Entzelius, Leonb. Crantzbeimius et complures. Ab his dissentunt Monachus Pirnensis, Irenicus, Brotfus, Crantzius, autor Chron. Veteris Brunsvicensis, Chron. Provinciale Misniae, Guttenberg, Beutherus, Elias Reusnerus, ille vasti Stemmatis Wittikindei Conditor, qui Ottones Augustos a Brunone, non fratre, sed ne poete Wittekindi M. deducunt. Interim videatur Genealogia Alberto Stad. inserta ad p. 115. quae ex probatissimis contexta autoribus est. Caeterum Wittekindi M. pronepos est Luitdolfus, qui vulgo Ludolfus, Pater Duciis Ottonis VVittekindi Abnepotis, Otto iterum Henrici ancupis, Henricus Auctps Ottonis M. Imp. Testatur hoc, Mon. Corbeiensis: addatur Sigebertus praececum multi. Luitdolfum autem per VValbertum Patrem et VVich bertum avum recta serie proficiet a VVittekindo, vel ex solo Abb. Stad. A. 917. constabit. Addatur Ernesti Comitis Mansfeldii Oratio panegyrica p. 4. Alios allegare supervacuum. Unum addere non piget, primum stirpis non VVittikindeae Ducem in Saxonia fuisse

## XLIV. WITTEKINDUS MAGNUS.

558

Hermannum Billingum. Ub. Emmio Hermannus Billichius audit, hist. rer. Fris. I. VI. A. 1100. | Reclius Billingus, sive Bullingus, Ducatus ab Ottone M. donatus. Ultimus Billingorum nomine Magnus, sine prole mascula defunctus. Abb. Stad. A. 1106. Conf. And. Severinus Velleius Not. ad Adamum Brem. H. E. I. IV. cap. II. Notat hic Spenerus, Ottонem M. de sua familia minus meritum bene, in Insignib. Saxon. sect. I. §. 7. Excusat id vero Meibomius in historia Bardevici. De quo alio loco iudicandum. Non satis facit hic P. Lambinus, quum Saxoniae primum Ducem vindicat Billingum. Cum iam multo ante Saxonia habuerit Duces. Non attingo, quomodo ibi impingeat in novos scopulos, et turbet rivos publici Iuris. L. 2. Rer. Hamburg. p. 4. Sed mitro Billingios. Revertor ad VVittekindos. Atque hic mirari subit novitios, qui tradunt, Henricum aucepem Regem, atque Ottones Imperatores minus vere a Wittekindo arcessi. In his numerandus auctor Not. Rer. Imp. Rom. Germ. p. I. d. 20. p. 269. Unicum illi praesidium in silentio VVittekindi. Sed minime duraturum, cum in rebus ad historiam pertinentibus non facile, quod a silentio colligit, admittatur. Hoc minus, quod pro nobis stant annales, Chroniclibri multi. Aliud scripsisset, si vel solum Fabricium Albinumque legisset. Ut nihil de antiqua commorem. Nec movet nos, quod recentiores plerique multum dissident a nobis. Faciunt quippe contra alii nobiscum: imprimis ex recentioribus Philippus Iacobus Spenerus in Sylog. Geneal. Hist. sub tit. Familiae Wittikind. Saxon. Caeteroquin est non nemo occupatissimus animadversor originum Germanicarum, qui dubitare hic mavult, quam obstinatus negare. Qui cur ex eo, quod Dermarus de serie huius generis tacet, nil adversum nobis inferat, facile est intellectu. Saepe enim praetereunt historici quaedam, non quod negent, sed quia, ut se res dant, alio fletunt stylum. Addo hic de Crantzio, non satis sibi constare, cum memorat, Henricum Aucepem primo omnium titulo Ducus Saxonie praefuisse. Et tamen iam diu ante Henricum Saxonie praefuerunt Duces hoc titulo, hoc iure, his insignibus. Nempe describere alios, oblitisci sui, perperam allegare quaedam, Crantzio non rarum. Vnum cuperem VVittekindum Corbei, legisset. Alter, opinor, scripsisset.

(k) Albigo, aliis Albigo, nonnullis Albio, multis Albion, Germanis Chorographis Alwig, vel Adelwig. Quibusdam Abbion vel Addion signatus. Cyr. Spangenb. A. 785. Eius insigne extat apud P. Albinum Stamb. pag. 450. Ubbo Emmius, caetera probatum scriptor, et ut observo, optima Chronica secutus, VVittekindi fratrem vocat. Minus vere, nec in hac parte excusandus, nisi figura quadam locutus.

(l) De exitu huius memorant varii. Caesue in octava Karoli M. adversus Saxones expeditione. Bouckholt locus stragis. In veriusissimis annalibus Botolz logo. Legunt tamen alii Bobbott. vid. Aut. vid. Kar. M. p. 244. Spangenb. Baucholtz reddit. Nec inscite. Genius hic Tiotismi cultioris est. Videatur is ad A. 779.

§. VII. Generis, quod in nostro se exultit, duo extiterunt munimenta, VVittekindus II. & VVichbertus: (m) Vna horum mater, Suatana celebratur, progenies Czechi. Haec altera VVittekindi Magni uxor: altera, cui Evx nomen,

men, iam ante accepta est a Cimbris. Summam vero Pater operam posuit, ut filii redderent Patrem. Praecipuum solicitudinis argumentum erat, disciplina. Bello iter ad gloriam ostensum. Materia virtutis sive in pulvere, sive ad palum crescebat. Hinc fingendis animis robur: Hinc firmandis corporibus grande adiumentum venit. Patri curae, filiis obsequi pretium insigne redditum fuit. Imitamini Principes. Enim exemplum exprimitis exemplo. Si omnia ruant, hoc solo vitabis ruinam. Stabitis invicti, stabunt Principatus. Florebitis. Vos: florebunt Vestri, florebunt posteri Veterorum.

(m) Ambo honesta progenies Patris. Foedat Niemius hanc laudem. In ruborem dare Niemum quilibet potest. Genuit honeste filios VVittekindus. Genitos bello, patientiae, optimus in magna fortuna artibus assefecit. Spurium nullum habuit. Habuisse vero asserit Niemius. Sed nugatur, mentitur Niemius. Vel solus VVitehindus Corbeiensis sufficiat homini coarguendo. Uxores habuit duas. Prior Eva, Danicae stirpis. Huic Patrem vindicant Gormonem I. Si tamen vindicam recte. Alii destinant alium. Plurimis genitor Gottricus Gormonis, si probe tradunt, filius. Hic multis Gottfridus appellatur. Nonnullus Seifridi, et si paulum inflectas, Sifridi nomine effertur. Autorem habemus Scianingum, qui ut alias Scriptores suae gentis, ita hic forte Albicium secutus est. De nominis varietate excepto assensu sententia potest. Caeteroquin suspectum, quod de Gormone I. traditum. Chron. Dan. An. 757. ex Saxone Grammatico, et Haufeldio. Suspecta mibi Saxonis, et qui Saxonem hic colunt, sudes. Reclissime Emmius, Frisorum doctissimus, pronunciavit dudum, Saxonis Sialandici annales, praesertim de seculis illis priscis, Poesin magis, quam historiam sapere. A. C. 809. Id optarem quoque expendisset Petrus Lindeberg in comment. rer. memorab. ex biblioth. Ranzou. cum de monumento Frotonis differat. Quid de monumento Gormonis III. quod idem eodem libro exhibuit, sentendum sit, promtum est iudicare eruditus. Parum ergo praefert certitudinis, quod prominatur de Regibus Daniis ante Gottricum. Ut vero sit mihi simile, Eram Gottrici Filiam fuisse. Eam scribimus in contextu operis. Alii Geram scribunt, ut Cyr. Spangenberg. Ant. Albizius, Henr. Buntingus, novissimi complures. Sed scribant, nos aestimemus antiquissimum utriusque gentis decus, amicitiam a multis seculis cultam, necessitudinem matrimonii ab ultimis, quantum recordamur, temporibus innixam. Nempe iam olim Danis Saxonibus Dani connubio iuncti. Repetitum novissime sancti foederis exemplum in Seren. Iohanne Georgio III. est. Posterior coniux Svatana (alio Svatana) Duci, ne tunc erat, Bohemiti filia. Huius et auspicatum, et secundum matrimonium fuit. Quod ex Eva genitum, praematuero ereptum exitu est. Ex Svatana maior natu VVitekindus. Patris sui cognominis filius. Vulgo VVitekindus II. ut locus differimini esset appellatus. Alter VVigbertus, alio VVigbrechus, alio VVippreebus. Idem eius nomen. Forma literarum nominis salem diversa. Utique neque legitimus Payens. Origo chivens, vita casseru exemplum, fornicatio supra fidem, matrimonium.

MM

nium sanctum fuit. Honestus Pater, honesta mater, non nisi honestam procreare solum possunt. Qui negat, ut criminetur, improbus, qui nescit, et eructare tamen Niemianas ineptias audet, omnium ineptissimus debet censeri. Sed unum tacere hic nolim, Wigbrechtum Hasalae germanum fratrem, quem ex Eva suscepit, non esse confundendum cum Wigbrechto Wittekindi II. germano. Quod si ignores, facile nebulas offundet Chron. Brunsvic. Henr. Buntingi, p. 26. Propterea hoc distinete expedivit Albizius in genealog. Ottonum.

§. IX. Libera qvondam gens, liberi mores gentis viguerunt. Populus belli alumnus, propago populi Martia, Respublica popularis. (n) Procerum magis consilium valuit, quam imperium. Munus, qvod gesserunt, legibus circumscriptum, potestas a populo, autoritas a bello fuit. Nullum ius hereditibus innixum. Praetura belli collata ad tempus. Res Imperii in concilio populi decisae. Regimiis firmamentum populi nutus, Procerum cum populo consensus. Hoc veteris Saxoniae ingenium erat. Caruit regibus antiquissimo illo aevo. Seqviori demum tempore auditum nomen regum, usurpata regia potestas. (o) Acciti a Saxonibus reges. (p) Nec reges modo, sed etiam Imperatores.

(n) Pugnant cum historia, quae ad hoc argumentum recensuit Siffridus Petrus, praeter hunc Novitii quidam. Ille diplomata allegat manifestae falsitatis. Saxonas (vetustissimae illi) Dominos imponit praeter verum. Hereditarium in Saxones ius defendit contra annalium fidem. Wittekindum beneficiarium facit nullo veritatis argumento. Eundem funibus vinculum ad Carolum venisse, non memorat, sed fingit. Exclusus iam olim sententiae vanitatem Emmius in Apolog. refut. et verit. assert. Sed in proclivi est refellere sententiam Siffridi. Nobis assentiuntur omnes probi Scriptores. Diplomati Siffridaeo diplomata opponimus, sed quae sint sine naevo. Nova illa et plena commentis vitio ruunt suo. Nostra invicta sunt, et secura adversus ruinam.

(o) Quae Tacitus in parte libertatis, liberorumque comitorum, de Germanis, 22 nos de Saxonibus affirmamus. De illis iam dudum Conringius, post hunc novitii, novissime Multzius c. 6. in diss. de libertate, ut inscripsit omnimoda exposuit. Nobis reddere scripto, quae scripta ab iis sunt, praeter institutae leges visum. Ut Saxonum eadem, quae cohortorum Germanorum, ita nec diversa Frisiorum, indeles fuit. Vtrobique liberos gentis frumentus observo. De Frisiorum ingenio monumenta suppetunt multa. Res imperii omnes voluntate populi gestae. Argumenta in comitiis, quae dicebantur, Upst. albomici, plenisima lucis, plenisima libertatis. Signavit ea Ubbo in Fris. descript. In Comitiis latae leges. Idem legibus, qvod Comitiis inditum nomen. De his ex Ubbone monuit Conringius cap. 28. de Orig. Iur. Germ. De Saxonibus addere non vacat. Tantummodo meminerim, cur Tacitus nil prodiderit de Saxonibus sub nomine Saxonum. Cum non multo post de iis reitaverit Ptolomeus. Sacrarum enim illud Saffonumque nomen haud dubie Saxonum est. Aucta enim Sec. IV. nominis fama, antea gentis gloria in immensum est. Interes suff.

sufficiat Saxonas Tacito sub titulo Cheruscorum atque Angriavorum, innotuisse. Videatur A. I. II. XI. XIII. et lib. de Mor. Germ. Nempe II. et III. Seculis respirarunt a bellis nostri Saxones, donec Sec. IV. sub nomine Saxonum negotium facebent Romanis; sed haec et id genus alia diffusa perseqvitur in Historia Germanica MSpa.

(P) Palam est, Henricum Aucupem Saxonem, & prognatum Wittekindeis Regem fuisse. De Rege hoc Albertus Abbas Stadensis pronunciat hunc in modum. Natus est Ottoni filius nomine Henricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia. ann. 917. Nec eo secius manifestum, Heinrici posteros in fastigium Imperatorum subiectos. Vi reale scripsit, quisquis tandem nuper Gallice scriptit, Saxoniam Domum ab ultimo tempore augustis decoribus fundatam praevestitamque esse, vid. suite de Europe Vivante, sub tit. SAXE.

§. IX. Respublica, reipublicae facies, regendi rationes ostensae. Habet posteritas, quod aestimet, habet quod miretur. Rector ibi populus, defensor populi Wittekindus, Dux fato monstratus, et a cladibus ad maiorem impetum surrecturus. Idem huic, quod populo, odium servitutis: idem amor libertatis. Una meta, aut vincere, aut mori. (q) Heros, si non hostium semper, tamen fortunae domitor suae. Nunquam a se diversus. Idem viator, qui vicit: excipere pericula et ferre paratus. Inter adversa constans, et firmus contra ambiguos eventus. Animus in dubiis maior, impetus vehementior post stragem notatus. Alii expectare pericula, ipse provocare maluit, nullo territus casu, nullo metu depressus. Audere, experiri pro suis, inferre hostibus gradum, irruere in obvios, perrumpere ordines militares, eximium fortitudinis apparuit monumentum. Demum permittere fatis, exitum, constantiae iuxta et patientiae argumentum fuit. Huius complecti res gestas arduum multis, vix possibile aliis est visum. Mihi excusatio a conatu, votum pro viribus erit.

(q) Verba Legatorum Saxonorum apud Wittichindum. Aliam, inquiunt, causam nullam Saxonibus esse scias, nisi vincere velle, aut certe vivere nolle. Huic maiorum virtuti, si quisquam, institutus Wittekindus, Dux suae gentis. Scriptores ver. Francie. et qui hos sequuntur, multo aliter, quam volumus, actiones Wittekindi interpretantur. Nunc fidem vellicant, nunc rerum novarum studium, nunc denique tyrannidem exprobant, A. Fr. 778. 782. saepe toti genti imputant, quod alii uni Wittekindo an. 775. Conf. Ad. Bremens. l. 1. cap. 9. Abb. Stad. an. 775. et 782. Nempe subsidium ab armis, ultio ab amore patriae profecta est. Diserto scribit Abb. Stad. Saxonem non praedandi occasione, sed ulciscendi Francorum terras populatos esse: ann. 778. Et reperias nibilominus Scriptores, qui imbecillitati indulgent, nimis acuente odium odio paganae religionis. Sic frustra sunt, qui rebellionem exponunt, cum quis nititur contra dominatum, cum pertinacissime insistit suo iuri. Dandus religioni honor: nec tamen propter eam justitiae illudendum.

§. X. Wittekindi initium felix, dignitas magna, nec peior progressus, exitus saltem, si divina spectes, felicissimus fuit. Carissima Ducis libertas suorum: servitus subinde metuebatur. A tributis taedium, a vexationibus odium nascebatur. Exempla maiorum animo inhaerebant, (r) praefentia oculis obversabantur. Spirabant bellicum Franci. Praetexebatur religio; (s) forte dominatio tegebatur. Factum his rebus est, ut qui olim colebant amici, (r) iam hostes in se grafsarentur. Nempe fatale erat Saxonibus Carolingorum nomen. Nihilo mitius omni in Merovingis habuerunt. Auxilium offensa, beneficium odio qvandoqve repensatum.

(r) Sufficiat nominasse Theodoricum Regem. Hunc defenderant adversus Thuringos: Sed mox exuit Frnsncus fidem, iamque conspirat cum Thuringis. Mox deliberat de Saxonibus opprimendis. Oppresisset, nisi Saxones rescissent dolum. vid. Monach. Corbei. Ann. 1. & ex eo Albin. Stamb. p. 38. Etiam licet referre de Dagoberto. Quod in fide Theodorici, in huius mansuetudine desideramus. Prodsunt de eius in Saxonis crudelitate VVern. Rolevynck in Fasēic. temp. Sext. act. et Siebertus Gemblacensis ad ann. 630. Qui tamen paulo ante, quam vivis excederet, tributum Saxonibus remisit, ipsorumque auxilium accivit adversus Slavos, id. ad ann. 642. incusat tamen ex dimicō Saxones Goldastus de reg. Bob. I. 2. cap. 2. p. 109. Nempe incusat non servatae fidei iuno et ego incuso Francos non servatae moderationis: Non desunt causae nostrae subdia firma: Siebertus quoque incusat Dagobertum expilatrum Ecclesiarum, et mira quædam, licet non sine superstitione, memorat de ita, quæ acciderint post obitum huius regis, ad ann. 645. De Carolo Martello, qui sub titulo Praefecti regiam complexus postulatatem est, memorant A. Fr. ann. 737. Hic vēctigalem fecit gentem. Martellum sequitur Pipinus, et novum tributum imponit. A. F. 758. Acerbum hoc genti, et plane intolezandum. Propterea indignari, mox ulcisci, et excurrere in Francie regni fines, et prædas agere coepit. Scriptor vitae K. M. anonymous tacet hanc causam, dixisse contentus, Karolum in comitiis VVormatiensibus decreuisse Saxonibus bellum. Idem assertus Scriptor, quis condidit Francicos annales. A. 772. Caeteri annalium Scriptores eadem pene verba retinente. Rethes Montibus Prumiensis in Cbr. A. 772. Abbas Stadensis vocibus saltem paulum mutatis reddit auctorem annalium Franciorum. De reliquis non attinet monere. Tantummodo Eginhardus, sanctior Karoli M. scriba (non gener) hanc fabi vindicat Laudem. Is bellum initium signat, causam exponit de vit. Karol. M. cap. 7. Eginhardum descripsit Adamus Bremensis H. E. l. 1. cap. 6.

(s) Gratum DEO pignus, pietas: sancta nomina, religio, dignitas sacerdotum. Valens in toga, valens in sagno, momentumque habent apud defensuros. Irradiendi cūsum non praebent. Prohibit literae diviniores hunc abusum. Propagandi Imperiū artes & prudentias, iuris, iuris vitals a iustitia de promuntur. Est bellum fas, pugnare adversos hostes. At quinam hostes? qui iniuriam inferunt. Hanc ulcisci gloriosum, propagare, honestum. Religionis certe obsecru capessere bellum, exuere fortunis gentes, in-  
fusam.

instum. Iam habes, quod iudices de bello Karolino. Praecipuum huius causam a Religione arcensit Eginhardus. Bellum, inquit, suscepsum est, quia Saxones, sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes, et natura feroce et cultui Daemonum dediti, nostrarumque religioni contrarii, neque divina neque humana iura vel polluere, vel transgrede inboneatum arbitrabantur. Hattenus Eginhardus: totidem verba retinet Magister Adamus. Ferociam, miror, quod imputet. Isdem sane coloribus alii depingunt Francos. Rolevincius postulat crudelitatem. A multis aemulatio obicitur. Sed fuerint feroce. Fuerunt autem, cum depellerent servitutem, cum assererent libertatem. Nil prodest causae Francorum. Belli certe iustitiae non sufficit. Percurrat, qui velit, capite Fecialis iuris. Manifestum erit, quod diximus. De cultu Daemonum fateor grandem errorem, et recitatu foedum. Colligo hinc peccasse in Deum, quatenus natura cognitum, violasse partem iuris insiti, recessisse a praescripto religionis naturalis. Atqui vero hic pro Eginhardo argumentum, novus bello Carolino titulus? Imo titulus. Satis speciosus pro iustitia armorum. Si modo satis solitus et sufficetus tantae moli. Esto vero genti gentis causa permisum, vindicare publicum Dei contemptum, quatenus religioni naturali adversum. Negabunt Saxones, se contempssisse. Ut qui pro sacris suis tentare omnia, mortem oppetere ipsam non recusarint. Stat pro Saxonibus Adamus Bremensis, ante hunc VVittekindus Monachus. Qui per exprimit significanter affectum eorum erga sacra, dum veneratione veneratos scribit. Superstitiosa qvidem devorio, sed non coniuncta cum contemptu Dei, multo minus cum iniuria Francorum. Si tamen statuerunt in Francos exempla poenarum, reddere ius iuri aut ut ipsis arbitrabantur, rependere iniuriae vicem, ac supplicia suppliciis ulcisci voluerunt. Nam quae apud Francos religionem, apud Saxones labem habebant: quae illis sacra, his profana videbantur. Documento sunt Fresones, vetus Saxonum populus, qui Bonifacium A. 754. non ob alias causam peremerant, quam quod praedicasset contra sacrum avitum, contra instituta maiorum. An. Fr. ad h. A. Ut non magnopere sit mirandum, cur VVittekindus dato ab antecessoribus exemplo grassatus sit in Francos, cur persecutionem, ut dicitur Bremensi l. i. c. 9. moverit in Christianos. Sed aliud contemptus documentum a rerum creatarum cultu. Imo non contemptus, sed cognitionis, sed cultus Dei naturalis, licet plurimis erroribus intermixti. Argumento sunt tot numina, tot numinum nomina, tot templorum apud antiquissimam hanc gentem. Unum dolendum, quod recte non ererit via ad cultum, quod veri Numinis investigationem suspenderint, quod rectae rationis inquisitioni obicem posuerint, quod singere denique multa maluerint, quam indagare. Negligentiam sciscitandi incuso. At multum distat negligentia a contemptu. Ingemiscendi hic necessitas mibi, non Francis inferendi belli. Sicut vero id de religione naturali habet, ita de Christiana omnium constat evidenter. Toto errant coelo, qui ad laedendas gentes, ad cienda bella, ad exuendos fortunis suis populos traditam putant. Religione in hanc rem iam olim pronunciavit Caietanus. Verba Grotius habet. Quod temerasse divina humanaque iura recensuit, ad pacifica fortean spectat. Sed quae pactorum

Bbbb 2

Speran-

Spernenda fides est, cum mutua accumulatione rumpuntur? Cum exempla ad sunt ab aliena parte ruptorum? Cum augmentur accumulationes, cum iniuriae cumulantur. Multa in recessu habent, quae hic prodidit WITTEKINDUS. SAXONES, inquit, variam fidem Francorum experti. Quod de finibus conturbatis cum applausore Bremense L. I. H. E. c. 9. recitat, habet pondus. Nisi tamen haec SAXONUM facta prae sumpto cuidam iuri innuntur. LIS de consimibus erat. IUS FRONCI allegabant. SAXONES non secus. Hoc nominis siebant caed. s. rapinae. Non a SAXONIBUS solis; sed, ut auctor EGINBARDUS, vici sim. Qui legem ferret? Ut ergo populus liber erat. Arbitro utrinque delectio opus fuit, cum noster invito alteri limitem ponere posset. Quae enim pars potestas in parem? Sed fortasse hic latuit arcanum Francorum. ROMULUS sane nullos regno suo fines ponere voluit. Ut nunquam deosset materia bellandi. Callide satis, si satis iuste. Hoc certe est affectare causam belli, non habere. Multi haud secus sufficuntur de Francis. Denum hic notari velim, differre quaestiones de bello SAXONIBUS inferendo, et de illato. Ibi Francorum ius, hic fides praebebat materiam reprobationi. Huc digitum intendunt REGNO, 778. AN. FR. A. COD. ET 782. 793. Ubi rebellandi confusio SAXONIBUS, tyrannus WITTEKINDO exprobratur. Eodemque pertinet, quid Abbas STADENSIS imputat crudelitatem in Christianos, ut quibus vim, arma gladium intentasset. A. 788.

(t) Tempore VALENTINIANI Imperatoris copias, vires, consilia iunxerunt adversus Romanos. Richimeri aevi Francis auxilia summiserunt. Illi his adversus Thuringos, hi illis adversus Gothos. Unus fidem faciat WITTEKINDUS. SAXONES, inquit, summa pace quieverunt, societate Francorum atque amicitia usi. Sed ut omnia, ita amicitiae quoque mortales. Facescit saepe amor in odium, cum nulla ex amore utilitas, contra ex odio quaestus speratur. Prima odii, post odium disfidae causa simulatio. Invidebant Franci SAXONIBUS laudem bellicae virtutis. Ita metuebant potentiam, rati non profuturum in rem suam, cum potentibus amiciis uti. Hinc Regi Theoderico a suis in os dictum, a SAXONIBUS olim ruinam Imperio Francorum imminentem, ut qui indomiti essent, iuxtaque invicti. Hinc redacti in gratiam Thuringi, SAXONES pro hostibus habiti. Hoc THIADERICIANAE fidei gratitudinisque specimen fuit. WITTEKINDUS. I. Laudat P. Aemilius suos Francos. Ego meos SAXONAS. Hi apud MARCELLINUM Romanis formidabiles, apud Diaconum terribiles, Francorum ipsorumque sententia praefiantes corpore et animo viri audiunt. Sententiae summam habet WITTEKINDUS. Nil defuit genti in parte fortitudinis. Sola defuit pietas Christiana. Atqui hanc suadenda, non armis incusienda erat. Invitare, obtestari, monere per Antifites, pulchrum et pius: Vim, minas, ferrum adhibere, illicitum erat et iniquum. Unum vel in transversu hoc venit in mensem minari, cur EGINBARDUS praeter id, quod SAXONES turbatorum factum accusat, non aliud causae Francorum praefidium querat. Quare autem forte potuisse in capite denegari tributi. Quod superiori tempore impostum, nunc detrectasse SAXONAS, non suspicaberis ex vano. Adeo ostendebant causam libertatis, quam vel vitas redimere iactura, pro gloriose habitum. Primo pernicioса genti obstinatio.

Mox salutaris, ad ultimum orbi Christiano profutura in exemplum. Quam enim difficiles recipiendis Christi sacris, tam retinendi postea constantes fuerunt. Veneror coeleste arcanum, dum principium contemplor et aetimo eventum.

§. XI. Res a suis repetenda principiis est. Annus agebatur supra septingentesimum primus et septuagesimus, initium amplificandi Francorum regni. Decesserat vita Karolomannus, Karoli, quem titulus magni illustravit, frater. Sic factum, quasi fatis ducentibus, ut regni moles rediret ad unum, Karolo suppetret materia crescendi. (u) Principio res domi ordinatae: tunc de exteris cogitatum. Regnandi auspicium a pietate coeptum est. Inde propaganda ardor Religionis inflammavit Regem. (x) Habitae consultationes sequenti anno, et Wormatia Comitiis delecta. Deliberandi argumentum Saxonici mores sumebantur. Ordines, Purpuratiqve omnes, et populus universus, belli, qvod Saxonibus destinabatur, consilium probant. Causa persuadendi non una. Erant, qui referrent, Saxoness locorum iure abusos. Alii causabantur, Christiani interesse exempli, ut fana extructaeque ad foedos cultus aerae diruantur. (y) Dirui autem non posse sine bello. Vertere hoc in Dei, Regisqve honorem. Consilio respondit decretum. Mox sumpta arma sunt et in Saxoness conversa.

(u) Abbas Stadenis scribit. Karolus ad capendum ex integra Regnum intendens animum, in villam Corbanacum venit. An. 771. Hactenus regnum inter fratres divisum erat: Carolus Noviom, Karolomannus possessione regium insigne capie. Aut. vita Kar. M. an. 768. Nunc sublato fratre, solua rerum potitur.

(x) Poeta Vetus ann. 775. Hinc statuit, requies illis ut nulla daretur: donec gentili ritu cultuque reliquo, Christicolee sicerent, aut deterentur in aevum. Nec potius infisiari hoc Abb. Stad. ann. 775. Si utriusque fides, immite Caroli consilium fuit, et certe praeludium Hispanie moris. Cuius in India documentum integra gentium excidia praebent. vid. Bartholomeus de las Casas, Episcopus Hispanus, in descript. Ind. Latina, et non ita pridem Germanice edit. Neque hic ab uno alterove ad omnes, a Canibalis, de quibus est in Christoph. Columb. navig. cap. 87. et 88. Ed. Basil. ad universos Indos colligere licet. Sed tam facile praeposterus ille ardor in saevitiam definit, cum debuisse sit in comitatem. Nempe homo Carolus fuit. Afferum dictu, et nibilo mitius auditu, vel uno praelio immensam hominum multitudinem consumere. Consumpsit autem Karolus prope Thietmelle et furvum Basam, alii Hasam scribunt. Vid. An. Fr. ann. 783. Aut. Vid. Karoli M. Spangenberg. ann. 783. Vestigia castrorum Karolinorum ad Hasam positorum hodieque a Westphalis nostris monstrantur: conf. Krantz. l. 2. Sax. p. 32. Vix conventum de pace erat, cum bellum restauratur, cum clades audiuntur, Saxonibus prius morturis, quam latruris rugum. Praeteribo severitatem saevitiae proximam, quam describit Abb. Stad. 782. Nec attingam iudicium illud Vobnicum, gravissimis assertum viris, P. Amilio, Wern, Rolevicio, Abb. Spanheimensi, Aeneas Sylvio, Ioh. Aventino, Alberto

Grantzio, Erdvino Erdmanno, Felici Fabri, scriptori annal. Suev. Davidi Chytraco, Bernardo Furmerio, Vbboni Emmio, Henrico Meibomio, Iob, Iust. Winkelmanno, aliis multis. Qvod si fuit, crutium fuit et vixit manifestum, et iniustitiae aspersum labe. Nec nulla Wipponi causa, ut postularer crudelitatis in vita Connidi Salici p. 430. edit. Pistorianae. Sed dubitant de eius veritate non pauci. Primus, quod sciam, inter recentiores dubitavit Hermannus Conringius. Post eum novitii alii.

(y) Nempe Carolo duo curarum capita, constitueri Imperium et propagare fidem, fidei autem praescripione indicere bellum. Sive quod putaret foedos cultus Christiano Regi non tolerandos, sive quod sibi regnoque inde promitteret maiorem sanctitatem, sive quod augendae potentiae existimaret momentum, Saxones habentes formidabiles, aut subiucere Franci, aut, si subici non possint, coniungere cum suis, ut olim Romulus Sabinos coniunxerat cum Romanis. Autor consilii creditus Alcuinus, qui poene is apud Karolum, qui Aristoteles apud Alexandrum fuit.

§. XII. Iam obfirmaverat animum Karolus belli aleam tentaturus. Nec mora. Recta Saxoniam petit: copiae e vestigio seqvuntur. (z) Primus in Castrum Eresburgum (aa) impetus factus. Fortuna pro Francis stetit. Saxonibus destrueta Irmenisula, triste spectaculum fuit. Quid facerent Saxonnes? Pacis consilio belli calamitatem praevertunt. Annuit Francis, qvassi cruentorum certaminum iam praesagus. Locus sacerdetae tranqvillitat ad Visurgim condictus. (bb) Veniunt Saxones, et datis obsidibus paciscuntur pacem. Sed fucus erat. Mox atrocious resurrexit bellum, cui gerendo datus Princeps VVittekindus, Heros sicut praepotentis auctoritatis inter suos, ita animi supra fidem.

(z) Wittekindi duellus diu Carolo obex, Francis omnibus in oculis fudes. Ille suis ingeminare iniurias, aestimare acceptas clades, et exaggerare causam ultionis, verbo dum pracie et exemplo. Hinc propensa in eum populi voluntas, seqvi, laudare institutum et ducendi exercitus eligere Imperatorem coepit. Spangenberg. Chron. Sax. an. 772. 777-778. Propterea Scriptores Franci una omnes voce affirmant, Saxones ipsa VVittekindi ad arma reversos. Hinc novus ille Saxoniae suae Arminius, turbator audit et tyranus, cum revera liberator esset. Autor Ann. Fr. non erubescit nostro dicam scribere: scribit autem ad hunc modum. Saxones, Widichindo Tyranno annidente, Francorum terminos usque ad Rhenum ferro et igne devastant. Nempe olim Rhenus Christianae religionis in Germania limes erat. Iam penetrat ad Visurgim usque et Albim.

(aa) Eresburg tractu temporis Meresburg (bodie Statberg) sive pudoris, seu religionis causa appellatum. De eo multa annotat Meibomius, et ex eo VVinkelmannus, et praecipue autor monumentorum Paderbornensium p. 60. et 61. Castrum in edita rupe excitatum, et situ atque arte, ut illa tempora ferebant, in Saxonia Cis-Veserana ad summum Dimelam, firmum, olim a Francis, nuper a Svedis bello tricennali occupatum. Vestigia, quibus ad Irmenisulae sacrum aditus patuit, frequenti litantium ingressu prossus attrita invenient, qui eo venient, qui videbunt. (bb)

(bb) Ann. Franc. ann. 772. Qvi Tacito et veteribus Visurgis, Teutonicis scriptoribus VVisara, ut Abb. Stad. A. eod. plerisque VVisora. Aut. Vit. Kar. M. alias VVisaracha, Ann. Fr. ann. 882. Multis VVisera pariter ac VVisara scribitur, ut Reginoni aliquique. Hinc notum apud terrae mensores nomen cis- et trans-Veseranorum civitatum, de quibus in historia Germanicarum rerum per disserimus exquisite. Eo pertinent cis- et trans-Albinae: in his excellit Hamburgum, celeberrima metropolis, Ad. Bremens. l. 2. H.E. cap. 8.

§. XIII. Prout natura, sic studium erat Ducis. Ingenium militare, corpus (cc) validum et labori assuetum. Ausus subinde egregii, usus rerum bellicarum excellens. In acie instruenda prudens, in hoste aggrediendo cautus, in sustinendo constans apparuit. Si quid fecisset, cura, si expeditionem suscepisset, fortitudo perspecta est. Nonnunquam astu, interdum vi, semper manu valida utebatur. Ignavia in castris probrosa, in acie capitalis. Nec principes ipsi extra hanc fortem. Bertholdi (dd) seu culpa seu vitium morte vindicatum. Nil desideratum in VVittekindo. Dignitas, prudentia haec magnanimitate stabilita. Imagines exemplo, exemplum in virtute ostensum. Religio pertinaciter defensa, quamdiu de meliori non constabat. Qvod Karolo de VVittekindi, id VVittekindo de Karoli sacris videbatur. Vterque hic quaerere asylum: sed dispar quaerentium causa, nec idem eventus. Tandem victrice Caroli Fortuna animus flexus. (ee) Occasio ex calamitate sumpta, calamitas ad aeterna gradus fuit. Nempe sic bona saepe in detrimentu n, detimenta contra vertunt in bonum.

(cc) Corporis habitum ex imagine in fano Engerano posita colligunt. Cippus ibi visitatur Herois. Versus recitat, D. Chyraeus Chron. Sax. in Westph. Imaginem pingit Petrus Albinus in Chron. M. fin. p. mib. 439. et Balthasar Mentzius in Syntagmate, ut vocat, Epitaph. ante praefat. explicat VVinkelm. descript. Sax. VVestph. p. 159. Ex imagine in cippo incisa multi iamdudum Herois animum, gravitatem singularem aestimavunt.

(dd) Spangenberg ann. 72. Bertholdus hic unus primorum gentis memoratur.

(ee) Hos verum sicut Saxonia coaluit cum Francis. Exitus tanti belli hic fuit. Vicente Carolus Saxones, non ut servirent, sed ut iisdem legibus, pari cum Francis iure atque dignitate viverent. Ab hoc tempore summa utriusque gentis invicem officia vigerunt. De vero in unan coivisse Rempublicam, testis est Eginhardus. Bellum, inquit, constat esse finitum, ut Francis adunati, unus cum eis populus esset erentur, de vit. Kar. M. cap. 7. Eginhardum, ut alibi solet, iterum hic exscribit Adamus Bremens. H.E. l. 2. c. 7. Contra quam id proditum de Slavis est, qui subiecti Francis, non adunati discuntur. Neque id solum de Slavis, populo non Germano, sed etiam de ipsis Germanis eventus comprobavit. Nominatim id constat de Veteribus Toringis, Boris, et similibus, que non sive, uti Saxones, sed meri subditi Francorum facti sunt, ut demonstravimus in historia Karoli M. Hinc si quid a Regibus gestum publicè est, coram populo Francorum que

que Saxonum dicitur gestum. Diserte VVitichindus : qui olim socii erant et amici Francorum (erant autem Saxones) iam fratres, et quasi una gens ex Christiana fide facta est. Ann. I. Propterea idem in rebus Imperii ius suffragii, idem in Comitiis sedendi bonos. Alibi VVitichindus. Omnis, inquit, populus Francorum atque Saxonum iam olim designatum Regem a Patre filium eius Oddonem elegit sibi in Principem. Similiter Abb. Stad. ann. 936. Otto Magnus eligitur ab omni populo Saxonum et Francorum. Ita Saxones praeponit, forte non obscurio iam aemulations utriusque gentis argumentum. Vid. VVitichindus An. I. p. 16. Scilicet indomitus inter clades populus, et nullus obsequiis servilis patiens: non superiori hostium virtute, sed sua tandem laetitudine, et surgentie in ultionem Numine victus est. Eo spectant exempla pavoria Saxonibus divinitus incusci, apud Adonem edit. Basil. p. 210. Meliori loco fuerunt Franci, quibus aliquando aer tellusque militarunt, apud Buunting. in Chron. Brunsf. pag. 27. Haecque id ex scriptoribus antiquissimis rerum Francicar. quamquam id vix simile vero videatur ob omnes Castris Carolingicis vicinos. vid. Not. in monument. Paderbornens. p. 68. De caetero verum est, quod literis mandavit Balb. Mentzianus Epitaph. VVittek. l. 1. VVittekindum esse sibi Carolo, sola Caroli manu fuerit dilectum atque definitum, nulla, nec adversa, fortuna fractum. Eassus ipse Carolus est, nullum sibi, nullum Francis laboriosus bellum fuisse. Annis duravit tribus et triginta. Eginb. c. 1. Consentit Poeta anonymus de rebus gestis Car. M. Adamus Bremens. H.E. l. I. cap. XII. et l. I. cap. VII. Quamquam in codice Ranzoviano XXX. anni numero conciso, et quem vocant, rotundo expressunt. Ac illum sequitur Bangert. Not. in Helmold. l. 1. cap. III. Conf. Mcibom. in VVittek. p. 44. P. Bertini rer. 2. Com. Germ. p. 239. et 303. numerat annos XXXV. Minus recte, cuiusmodi est, quod Rolandum Caroli sororis filium nulla nixa fide ibidem prodit. VVittekindus non amplius triginta annis inseruit. Hinc Monachus Corbei. VVittekindus, inquit, bellum potens gessit contra Magnum Carolum per triginta ferme annos. Septendecim expeditiones in Saxoniam susceptas memorat Spangenb. ab A. 772 usque ad A. 785. Septima et decima Wittekindi ad verae fidei cultum adducti exemplum habet. Nec idem tamen genti, qui Wittekindo, animus fuit. Illa enim ex alto septennio ad arma et pristinam superstitionem redit. Wittekindus constans permanxit. Emmius. A. 758. 790.

§. XIV. Defesso bellis Carolo, pacem habuit VVittekindus. Misit vicissim legati et admissi. Karolus impune veniendi fidem dedit, ac datam obsidibus sancte confirmavit. Internuncius Amalwinus (ff) idemque sibi disidii, et reconciliatae iam gratiae testis. Accipitur comiter, et tractatur prolixe. Sanctitur inter utrosque aeterna pax, et mutua fide firmatur. (gg) Populo quies ad recreandum ex continuo bello animum concessa. Ab eo tempore perseveravit in amicitia Karolus, in pace VVittekindus, Princeps re et nomine Magnus, et late propagatis familiis clarus, (bb) et Dux contentus dignitate. Posteri regnis, imperii inaugurati utiles terrarum orbi Principes.

cipes. Quid utiles? Necessarii plane, et sustinendae rerum moli pares extiterunt.

(ff) Aliis scribitur Alavinus. Scriptor Vitae Karol. M. Amaluvonem, Abbas Stadensis quendam Aulicorum vocat, an. 758. Abbatem, ut solet, sequitur Crantzius in Sax. l. 2. Vir enim fuit honoratus, nec inter proceres Caroli postremus. Autor Annal. Fr. refert, ad fidem Caroli venisse, id est, ut medii aevi indeoles erat, fide publica a Carolo data. Regino affirmit, Wittekindum et Albionem sacramento firmatos, id est, promissi religione certos redditos, se dedisse in viam, et perrexisse ad Karolum. Una obsides acceptos testatur Chron. l. 2. ad A. 785. Demum Karolum in pago Attiniaco (aliis Altiniaco:) convenerunt. Praeter veteres vid. Vbb. Emmius rer. Fris. d. 785. et Apolog. p. 35. Turbas nonnihil et mutat Crantzius Sax. l. 2. cap. 23. A. eod. In eo quoad meminerim, omnes consentiunt, VVittekindum A. C. 785. Christi sacris initiatum. Hoc mihi indicium, VVittekindi reconciliationem, et sacrum adeo eius lavacrum quindecim annis antecessisse Imperii Karolini dignitatem. Disceptant hic acriter, quis Heroem tinxerit sacro fonte. Ludgerus, an Bonifacius, an Heribertus? Patris lustrici officium a Karolo M. impletum. Hinc Crantzius in Saxon. Rex, inquit, susceptos in gratiam iussit baptizari, ipse suis manibus VVedeckindum, honoris gratia sustollens. Revocato ex tenebris pro nigro album insigne additum a Karolo atiunt. Caeterum tot laboribus perfundo, tandem explenda mortalitas fuit. Sepulchrum, cui exuviae illatae sunt, Engeras possum memorat Henricus Buntingus, et cum hoc multi. Alii Padbornae tumulo conditum eradunt, ut Ioh. Tobias VVellerus.

(gg) Alius VVittekindi, ac multitudinis sensus. Ille civitati Francorum ascriptus, dignitate atque affinitate Francica amplissime auctus. Eo referri possunt Francici annales; Scriptor vitae Karoli M. Monachus Prumiensis, Monachus Benedictinus, Aimoinus, Siebertus Gemblacensis, Abb. Stadensis. Cum VVittekindo fuerunt potissimi Saxonicae Nobilitatis, inter hos Albion, primarii post VVittekindum, et Dux Trans Albianus, rum domestici ac gentiles eius ferme omnes. Haec (multitudo) postero tempore exuit fidem, armis ad vindicandam superstitionem resumptis. His rebus tandem acerba victoris severitas provocata est. Vbi notem in extremo, Karolum plurimos in Saxonia Episcopatus condidisse. Laudo pietatis opus. Prudentiam agnosco. Causa destinationis occulta, animi certe hic sensus erat, Religione magis Saxonum animos regi, quam armis. Vetus hoc regnandi instrumentum, et piissimis saepe principibus usitatum. Exilium quoque pulchro Coloniaram nomine velatum. Augenda Reipublicae praetextus, revera opprimendarum virium consilium fuit. Saxones in Galliam, Galli in Saxoniam traducti. Crantzius Sax. l. 2. cap. 22. Quod intelligo potissimum de Gallia Belgica Germaniae Regno innexa. Hinc Beatus Rhenanus in Germaniam secundam traductos asserit, l. 1. rer. Germ. p. 141.

(hh) Comites Oldenburgi ex stirpe VVittekindi. Hodieani Daniae Reges ex stirpe Oldenburgica descendunt. vid. Krantzius, Reineccius, Ioh. Velde, Winckelmannus,

in recensenda prosapia hac curiosi. Qui commentarios familiarum ediderunt, graviter nervos intendunt, ut confirmant VVittekindum M. non solum Germaniae, sed etiam Galliac Italiaque amplissimas ab se editas familias dedisse. Hie memoro 1. Saxonico-  
VVigbrechticam. 2. Saxonico-  
VVitkinensem seu Ditzgremicam. De quibus nolim  
quenquam temere dubitare. 3. Capetinam, quae magnis in Gallia propagata auctiuitate  
est. Sed hoc praeceps in dubium vocant doctiores: exponuntque insuper civilem ra-  
tionem, propter quam ea opinio invaluerit. 4. Vilhelminus Nangius Monachus exedit.  
Pithoean. nugas, credo, agit, dum Capetingos arcessit a Karolingis. Sed multa sunt,  
quae alias in fide illius monachi desideramus. Franciscus Hotomannus in Francog. p.  
240. approbare satagit Hugonem Capetum Ottonis I. Imp. ex Havido sorore nepotem esse.  
Henricus Buntingus in Chron. Brunsvic. p. 26. tradit, Hugonem magnum, unde Galliae  
regibus origo est, descendere ex VVittekindo. Addatur Chytraeus p. 48. et cum hoc mul-  
ti. 4. Montisferratensem, quae in Italia crevit. 5. Allobrogicam, quae Sabaudiam de-  
conavit. Huc digitum intendit auctor Candiae, ut vocat angustatae p. 81. dum Sabau-  
dum vocat Saxonico Heroum sanguine satum. At recedit ab opinione hac, et una recessit  
a Lampadio suo Hermannus Conringius in notis ad eum p. 184. 6. Ringelheimicam.  
Haud praeterierim hoc loco, Marchiones Brandenburgicos ex altera, quae Marchiae  
post Slavos praefuit, familia ortos, descendere ex posteritate VVittekindi. Quod a  
Georgio Sabino memoriae traditum pereleganter est. Conf. in vita eius Petrus Albinus.  
Similiter observo, VVittikindeos surrexisse, inclinantibus iam factis res Francorum. Ca-  
ja in Francis, quorum in Franciam redditus non parum obscurit maioribus incrementis. In  
Ludovico IV. Arnolphi fatalis potentiae terminus fuit.

## SIGHARDVS.

Dieterichus

Edelhardus.

VVERNEKINVS.

Albion. VVichbertus. Hermannus. Bruno. Hasala. VVITTEKINDVS M.

VVichbertus.


VVittekindus II.

VValbertus. Bruno. Fridericus. VVittekindus III. DITERENVS.  
qui caruit prole  
mascula.

Ditmarus.

Ludolfus.

**XLIV. VVITTEKINDUS MAGNUS.**



Henricus Illustris.

Albertus. Dieterichus V.

Fridericus.

Fridericus Gravis.

Fridericus Strenuus. Vilhelmus I. Balthasar. Ludovicus Episcopus Moguntinensis.

FRIDERICVS Bellicosus, a

Sigismundo Imper. Septemvir creatus, Fridericus Pacificus. et postliminio reversus ad ius Saxonici Palatinatus. De Friderici matrimonio, et quod eius nomine ipsi obvenit, vid. Volffgangus Moller. in orat. de vid. Bertold. princip. Henneb. in reliquis. conf. P. Bertius in comment. rer. Germ. L. 2. cap. II.

FRIDERICVS II. Clemens Elector. Continuationem alius locus, aliud institutum poscit.

I. Observeo, certissimum Historiae Genealogicae, quatenus continuam eamque indubitatam seriem habentis, characterem hic sumi a VVittekindo M.

XLIV. VVITTEKINDUS MAGNUS.

572

II. Noto in hac Genealogia sententiarum conflictus, qvos recitavimus §. 6.

(h) Alii enim Ottones Augustos a Brunone, fratre VVittekindi, alii a Nepote huius nominis accersunt. Alii contra de Brunone Nepote tacent. Multi prorsus negant, Ottones a VVittekindo M. arcessendos. Qvod si negant, etiam a Brunone, tanquam VVittekindi nepote, arcessendos negabunt. Sed negantibus his derogamus fidem, denegamus assensum.

III. Lis vertit nihilo minor, utrum Ludolfus VValberti filius, an ex fratre Brunone, qvem allegavimus, nepos fuerit? Nobis posterius arridet. Sic reddidimus familiam, familiae seriem, pro ut ex animo visum, Quid alii sentiant, supra dictum.

§. I. Haud supervacuum duxi, illud, qvod coepi argumentum, accessionibus qvibusdam consummare, et, qvod sine utilitas, sine voluptas svalet, unam alteramve ex cognato historiae genere controversiam expedire.

§. II. Incepto convenit, uti videamus de officio Augustali, qvod Marecallatus, et stylis Romani aemulatione in alia, atqve adeo Romano Germanica republica, Praefecti praetorio munus vocant. Cuius initia qvam alte qvidam repetant, non sum nescius: ego, cui pauca dicenda sunt in hoc transcurso, sentio, non proferri ultra XII. seculum posse. Arcessoque illud ab auspiciis Friderici Aenobarbi; et qvanquam concedo facile, multo ante in Teutonicorum imperatorum aulis et viguisse hoc, et obitum fuisse sacri imperii munus; tamen nego pernegoque, prius habuisse haereditariam legem, qvam rerum potiretur Fridericus I. Autor est VVitichindus, compositis Saxoniae annalibus clarus, (l. 2.) Ottoni I. qvatuor Duces fecisse officium ritus Augustalis. Episcopus Merseburgensis fide perinde ac iudicio sincerus, memoriae tradit, Ottonem III. celebrante anniverlarium resuscitati Christi sacram, splendidissimo ministerio qvatuor Principes esse functos. (l. 4. Conf. Annal. Lauterbergian.) Recenset Saxoniæ Ducem, et suo exprimit nomine, affirmans, praefuisse equis, hoc est, munus Archimareschalli implevisse, sed pro illo tempore non tam perpetuo iure, qvam iusu singulari Imperatoris, et, ut tunc aestimabant, arguento peculiaris beneficij ac favoris. Demum Aenobarbi aeo prosapiae additum hoc decus, et iusto ordine transmissum est ad successores. Ut nunc expeditum sit intelligere, qvid fuerit, qvod ab hoc primum tempore certae alicuius familiae principis AB OFFICIS Augustalibus memorentur. Scriptores aevi mediæ OFFICIALES signant.

§. III. Et id, opinor, iterum documento est, fuisse usum ensis Mareschallici ante partam septemviri Augustalis dignitatem. Cum pro vero accipient historiae nostræ periti omnes, seculo primum XIII, salutaribus Germaniae initii

initiis coepisse definiri numero Principes, qui et nominarent et eligerent suis suffragiis imperatorem.

§. IV. Neque eo secius de Rutae insigni observare integrum est, sumisse a principio Ascanios, et ab his transiisse ad VVittikindeos, veteres illarum terrarum, respectu quvarum imperatoris Friderici auspicio concessum est, haeredes.

§. V. Ex quo apparer denuo, Rutae fertum usurpasse Saxoniae Duces nondum honore Septemvirum auctos. Vulgo Albertum, nos Bernhardum Alberti Vrsi filium, primo huius gentilitii insignis laude impertitum sec. XII. nominamus. Hinc Abbas Stadensis: Bernhardus, inquit, Comes de Anhold suscepit Ducatum Saxoniae, An. 1180. Atqui eundem inaugurationis diplomata gestandi rutae insignis beneficio affectum confirmant. Assentuntur Albertus Crantzius Sax. I. IX. cap. 19. Gregorius Fabricius de Elector. Sax. in Bernard. II. cum his Spalatinus, et novissime Spenerus in Syllog. p. 249. Sed discedunt plerique a nobis, et primordia gestati insignis repetunt ab Ottone Henrici Leonis nepote, alii a prioribus retro ducibus: utriq; praeter verum.

§. VI. Etiam reperiuntur hic, qui peraudacter scribant de Saxoniae Palatinatu, et quum non habeant, quos sequuntur sententiae suaē auctores, sequi tamen se fingant. Nec dubitant, neque in hac parte obnitimus, origines eius referre ad Carolingos. Namque isthac munere et decori imperii, et necessitatibus serviebatur: nec obscura est nobis ratio, nec fugit rerum Teutonicarum gnarus, cuius summa eo valet, quod, quum Saxones in Francorum civitatem adscripti, servassent usum Saxonici iuris, nec Franci a Francico recessissent, duos adscisci oportuerit Palatinos, alterum in Orientali Francia, alterum in Saxonia iuri dicundo praefuturum. Sed, si quando iure haereditatis tradī coepit, quāeras, appellabo sec. XII. et una appellabo Friderici I. largitionem. (ii)

(ii) Sec. XII. Septemviratus Saxonius aeterno iure Saxonia Palatinatu in nexus, usū atque consuetudine valuit, sec. XIV. firmatus est publica imperii lege.

§. VII. Burggraviatus, qui dicitur, Magdeburgicus ab Ottonis I. aeo ad nostram usque memoriam hoc nomen atque dignitatem habuit. Prima eius monumenta servat Coenobium Gerundense: ad haereditatis leges multo serius redactum accepimus. Quippe seculo tertio decimo adulto a dynastis Schrapelani delatus est ad Saxoniae Electores, duraturo ad omnes posteriores iure. Transactiones super eo nostro et superiori seculo initas reūcimus in aliud tempus.

§. IX. Definam in VVittekindi, unde hoc opus crevit, posteris, (kk) qui omnium primi Saxoniam nostram urbibus excoluerunt, et repertis auri argenti que fodinis aureum Saxoniae seculum reddiderunt. (ii)

(kk) *Hos nee sit pulchre monumentum Misenense in templo S. Afrae sacro.*  
 (ll) *Ditmarus Merseb. Otto Frising. l. 6. cap. 24. Sigebertus ann. 968. et ex eo Aut.*  
*M. Ch. Belg. pag. 79. Initia repetimus ab Ottone I. Ernat hic Fabricius, qui ab Hen-*  
*rico Aucupe.*

§. IX. Excutiamus IIIX. et IX. seculum, arces et castella forte pro captu  
 seculi aedificata reperiemus, urbium a nostris conditarum nec vestigia animad-  
 vertemus. (mm) Eresburgum et Sigeburgum propugnaculorum forte spe-  
 ciem, non iustum urbium formam habuerunt. De Vuitberg, cuius Ado (nn)  
 meminit, satis est, indicasse, multum ab Vrbium, qvas five murus, five vallum  
 munit, mensura abfuisse. Ut non mediocriter impingant, qvi VVitebergam  
 a VVitekindo M. extructam asserunt. Nam de VVitbergo Adonis dici non  
 potest a VVitekindo excitatum, qvia fuit ante VVitekindum. Si nihilomi-  
 nus dicere pertendant, aedificasse VVitekindum, interpretabimur licentiam  
 fingendi, qvam historici in historicis minime omnium ferunt. (oo) Nos de  
 caetero satis habeamus, monuisse, id munera peregisse VVitekindi posteros,  
 præsertim Henricum Aucupem, et ipsius filios nepotesqve Augustos, qvos  
 signat monumentum Misenense, et Tabulae, qvas a seculo X. aservant no-  
 stri, sanctiores.

(mm) *A. Fr. passim.* (nn) *Ac. 727.*

(oo) *VVitechindus secul. X. Eresburg et VVerlaon in Vrbibus numerat, Annal. I.*  
*p. 8. et 10. Abb. Stadens. ann. 971. Magdeburgum commemorat metropolis inter Albani.*  
*Hamburgum enim sec. IX. ann. 810. Castellum, 833. civitas (non Vrbs) transalbina*  
*memoratur. De Veseranis alibi dicetur.*

## XLV. DE HENRICO LEONE.

**G**runtherus, cuius opus cum auctore confundit Baronius, cuius-  
 que de patria multi perperam existimant, decepti titulo operis,  
 Saxonis nomen et metri legibus, et historiae convenienter extu-  
 lit, si non Graeca lectione, qvae tunc Germanis ignota erat, Pro-  
 Iomaei, ubi et primo illud invenitur, et unde eius pronunciandi  
 ratio indubitata desumitur, tamen imitatione Claudiani constare potuit,  
 qvippe ex qvo aliquid huiusmodi expressissime videri potest, et consecutando  
 scriptores pro captu optimos, ornare voluisse utcunqve has literas, novoqve  
 exemplo apud Germanos expolire. Qvod cur anonymous Paderbornensis (4)  
 non perinde fecerit, condonandum est simplicitati aevi Carolovingici, quo  
 non pari studio industriaqve in hac disciplina est desudatum, sciuntqve Viri  
 docti et intelligentes, Ludovicum Pium nimia pietatis affectatione a scripto-  
 ribus emendatissimis Romanorum fese revocasse ad similitudinem rudis at-  
 qve